

COROLLARIA.

Cùm Israelitæ, ex Ægypto abeuntes, vestes ac iustrumenta argentea atq; aurea, sibi ab Ægyptiis commoda-
ta, secum abstulerunt. *Exod. XII. v. 35, 36.* fur-
rum non commiserunt.

II. De S. Apostolo Paulo comperimus, fuisse eum *σκηνοποιὸν τῆς τέχνης*, scēofactoriæ artis, ut Interpres vulgatus exposuit, *Act. XIX, v. 3.* Quid per *σκηνοποιὸν* intelligatur? ab Expositorib; disquiritur. *Syrus reddit: ܟܢܘܢܝܘܢܐ* conficien-
tem tabernacula, ut exponit Buxtorfius: Chry-
sostomus: *σκηνορράφον*, consutorem tentorium, è
pannis nimirum lineis, aut laneis, vel maximè
è pellibus, *Homil. V. de S. Paulo.* Origenes: *Paulus arte erat faber tabernaculorū*; qualium usus, in plagis Orientalib;, fervidissimis Solis radiis maximè expositis, fuit frequentissimus. *Hom. XVII. in Num.* Arator::

*Nec vacat ars Pauli, socio celebrata sub ipso
secreti virtute boni: tentoria quippe
fortia nobilibus fabricabat in aggere textis,
Longius hæc abiens peregrinus ubiq; viator
erigit, atq; hyemes solesq; his pellibus arcet.*

Qui Paulum faciunt restitutionem; illi pro *σκηνο-*
ποιὸς μα-